

כשם יהיה

**T H E S I U M
M I S C E L L A N E A R U M,**

EX

**PHILOLOGIA S. & PHILOSOPHIA
DE PROMPTARUM,**

DECADES TRES,

QUAS

**CONSENSU AMPLISS. FACULTATIS PHILOS.
IN REGIA ACAD. ABOENS.
MODERANTE,**

Maxime Reverendo atque Celeberrimo VIRO

**D^N. D^OCT. CAROLO
MESTERTON,**

**Log. & Methaph. PROFESS. Reg. & Ordin.
PRO LAUREA**


Publico Bonorum examini submittit

OLAVUS SCHALBERG,

HELSINGIA-SVECUS.

**In Audit. Majori, Die XXVII. Aprilis
Anni MDCCLVII.**

Horis post meridiem consvetis.



ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.


Finland. JACOB MERCHELL,

Bruks - Inspektoren
 Högaktad
 Herr J O N A S
 SCHALBERG,
 Min käraste Broder.

<p> Min klagar at emellan Bröder, Sig ingen kärlek wisar mer, Man tror, at den är redan dödder, Och djupt i grafwen bäddad ner. Men du, min Broder, bewis har gifwit, Som vittnar det han är i lifwet. En storm min lyckas fartyg mötte Så snart jag det från landet stödt, Mot dolda klippor tölen stötte, Ut modet föll och hoppet tröt; Men du en hjälpsam hand mig räckte, När jag bland skären rådlös wräkte. Du sade: Pass man på at qwida, Du skal med Guds-hjelp hamnen nå, Mitt broders hjerta kan ej lida, Ut låta dig på grunden stå; Jag lofwar på din fortkomst wäga, Ut hwad som står i min förnäga. Besök med lit de Lärdas Salar, Så länge jag en sijnswer har, Jag, hwad det kostar, nögd betalar, </p>	<p> Jag är på en gång Broder och Far. För skall jag räcken af mig taga, An du skall öfwer utkomst klagas. Mot lofwen har och hällen swarat Och swarar än i denna stund, Du har ej någon kosnad sparat, Ut lägga til mitt wäl fast grund: Du för har welat selfwer lida, An se! mig toma händer weida. Men huru skall jag dock förskylla Dit mer än öma hjertelag, Som mig så kärliat welat hylla Och hyllar än i denna dag: Min lucka lærer aldrig spisa Ut wiljan uti werket wisa. Jag! dnskar dig af trogit hjerta Få länge lefwa fäll och nögd, Ej meta utaf sorg och smärta, Men alltid hafwa lust och frögd: Guds Nåd och Frid beständigt äga Och lyckan jämt mot önskan wäga, </p>
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Min käraste Broders

Erognaste Broder,
 OLOF SCHALBERG.



THESIS I.

Definitionem, in qua genus & differentia specifica desiderantur, interdum esse accuratam, nulli dubitamus.

THES. II.

Hinc patet, & DEUM O. M. & genus summum sensu logico posse defini.

THES. III.

Demonstrata vel concessa DEI possibilitate, simul evicta vel data est ipsius existentia.

THES. IV.

Scientiam, (ut vocari solet) mediam, a *Dominicani* in primis & *Jansenii* asseclis negatam, atque a Reformatis cum scientia simplicis intelligentiæ confusam, DEO esse adscribendam, & a nominata scientia simp. intell. differre, merito dicimus.

THES. V.

Qui consideraverit, DEUM O. M. gaudere intellectu infinito, voluntate perfectissima & summa sapientia, is, hunc, qui existit, mundum, omnium possibilium esse optimum, fateatur, necesse est.

THES. VI.

Qui homini unam tantum substantiam assignant, vel solam animam, vel solum corpus, toto cœlo errant. Cogito enim, ergo sum, & animam habeo immaterialem, distinctam a corpore organico substantiam. Ad hæc, illorum sententiam, qui spiritum tertiam hominis partem constituunt, etiam explodendam esse, arbitramur.

THES. VII.

Locum animæ indivisibilem, alias ejusdem πῦ dictum, esse glandulam pinealem in medio cerebri sitam, admodum videtur probabile.

THES. VIII.

Animæ immortalitatem ex principiis rationis maxime saltem probabiliter ostendi posse fatemur. Argumentum vero a secunda improborum, & adversa proborum hominum fortuna, petitum, obelo utique notandum est.

THES. IX.

Dari ideas innatas, nemo, nisi male sanus, negaverit. Harum vero aliæ actu, aliæ potentia proxima, aliæ remota nobis insunt.

THES. X.

Notitia DEI insita menti non inest actu, sed potentia propinqua.

THES. XI.

Mortales triplici premi malo, tristis docet experientia. Deum vero O. M. nullius esse causam, mox patebit. Malum metaphysicum est absolute necessarium in entibus finitis: ratio, cur possibile

fibile sit malum morale, continetur in malo metaphysico, cur autem existat, in non usu libertatis creaturarum rationalium; ab hocce denique malum physicum suam ducit originem.

THES. XII.

A Nimæ brutorum cogitant, sunt ergo entia simplicia & per se indestructibiles, non autem immortales.

THES. XIII.

BRutis rationem denegamus. Quod vero ad ratiocinia attinet, quæ illa formare dicuntur, tanto rationem probant minus, quanto sit certius, eorundem præmissas aut sensu, aut imaginatione, vel denique memoria semper niti.

THES. XIV.

Malos spiritus existere, ex lumine rationis certo cognoscimus.

THES. XV.

CUM probe sciamus, experientiam earum, quæ ad Physicam spectant, veritatum optimam esse magistram, non possumus non fateri, quod vero videatur simillimum, aquam in glaciem converti ope corporum quorundam subtilium, quæ eidem ex Atmosphæra admiscentur. Plurima enim, quæ hocce stabiliunt, in promptu sunt, experimenta. Num vero subtilia illa corpora glaciem efficiant, ignem tantum modo, quæ aquæ inest, expellendo, an potius eo modo, quod, expulso igne, inde aquæ partes figant, intrando particularum poros clavorum instar, vel etiam iisdem lo-

co glutinis interponantur, aliis excutiendum relinquimus, cum lis adhuc sub iudice sit.

THES. XVI. Plurimos, præter nostram terram, dari orbis inhabitatos, est probabilissimum. Horum in numerum Planetas & primarios & secundarios præsertim referimus. Illos vero, qui curiosi sunt in exquirendo statu incolarum felici vel infelici, in conjecturis hæerere, non miramur.

THES. XVII. Etiam si Physicorum plurimi, omnium corporum unam eandemque esse materiam, contendant, adeo ut lapis in arborem & contra, possit converti, iisdem tamen minime adstipulamur.

THES. XVIII. Tantum abest, ut hypothesin de existentia *medii* cujusdam *immaterialis*, cui velut causæ corporum gravitas, attractio, vis magnetica, Electrica e. a. sint tribuenda, impossibilem esse dicamus, ut potius eandem tanquam probabilem amplectamur.

THES. XIX. Spatium, uti non est res vel substantia quædam a Deo creata, ita neque ab eodem destrui potest, quod, contra conjecturas quorundam Physicorum, studio monemus.

THES. XX. Lex naturalis, utpote quæ in ipsa Dei sanctitate & justitia est fundata, & arctissimum cum humana natura ejusdemque & necessaria & commoda conservatione habet nexum, omnem respuit dispensationem.

THES. XXI. Cum autem, negata moralitate actionum objectiva, tollatur juris naturæ indispensabilitas, adparet, eos, qui pro subjectiva sola pugnant,

gnant, vehementer errare. Conjunctæ igitur valent.

THES. XXII. Dari actiones etiam in concreto indifferentes, intrepide defendimus. ✓

THES. XXIII. Cælibatum jure naturæ non tantum licitum esse, verum etiam quibusdam hominibus injunctum, tam certum est, quam quod certissimum.

THES. XXIV. Si de moralitate divortii secundum naturæ legem ferenda sit sententia, rationi omnino est consentaneum, ut matrimonium per omne vitæ tempus duret, nisi finis ejusdem primarius per adulterium vel malitiosam desertionem violetur. Qui ergo ad indolem pactorum provocantes, pactum matrimoniale pro lubitu paciscentium solvi posse, docent, næ illi, nimix in judicando celeritatis, merito sunt inculcandi.

THES. XXV. Officia fermocinantium non ad hypothetica, ut faciunt plerique, sed ad absoluta referimus, sermo enim non est institutum aliquod humanum. ✓

THES. XXVI. In casu necessitatis Principi jus competit, res sacras, in salutis publicæ vel restitutionem vel defensionem, adhibendi. Pari modo, si justis belli finis alias obtineri nequeat, res sacras hostis aut destruere, aut auferre omnino licet, nisi quis, conscientia corruptus erronea, easdem spirituales h. e. ab omni jure humano vindicatas esse, putaverit.

THES. XXVII. Nullos libros, vere Divinos, in Canonem relatos & ecclesiæ semel concreditos, unquam periisse, statuimus. THES.

THES. XXVIII. Textus Hebraicus V. & Græcus N. F. tum ratione dictionum & sententiarum, tum ratione elementorum ab omni corruptela, sive illa a librariis per negligentiam, sive a Judæis per malitiam illata esse dicatur, ita est immunis, ut Divina NORMA, canon & regula esse possit ac debeat, ad quam omnes versiones exigi & emendari debent.

THES. XXIX. Singulos N. T. libros lingua græca esse exaratos, cum quibusdam peracutis Philologis adserimus. Qui ergo Matthæum & auctorem epistolæ ad Ebræos Ebraice, Marcum latine, atque Lucam Syriace, scripsisse urgent, stramineo nituntur fundamento.

THES. XXX. Saniorum secuti sententiam, gloriam DEI formalem ultimum esse creationis finem contendimus. Plato igitur & Platonici fere omnes omnino falluntur, qui felicitatem creaturarum rationalium ultimum & supremum creationis finem constituebant. Nec minus hallucinatur monstrum illud orbis eruditi, Petrum loquor Baylium, qui, ut DEO & veritati æternum indixit bellum, ita quoque negavit S. Numen in creando hocce mundo, ullam gloriæ suæ habuisse rationem. Optamus ergo, omnia nostra cogitata, verba, facta & hæcæ qualescunque meditationes hætenus sic direxerimus, & in posterum instituere possimus, ut semper fuerit atque sit

SOLI DEO GLORIA !!!

